Itaque harum ſpecierum ex iis, quæ ſuperius dicta ſunt, vſum omnẽ intelligemus.

CAPVT XXXVII.

Reliquum eſt, vt accuſandi, quærendíque præcepta peragamus, quæ rurſus quemadmodum in iudiciali genere dictum eſt, componemus, ordinabimus, percurremus. Primùm igitur in exordiis rem, de qua fit accuſatio, vel defenſio, proponemus, vt etiam in aliis præmiſſis ſpeciebus. Ad attentionem autem ab iiſdem locis exhortabimur, quos in ſuadendo, diſſuadendóque docuimus. Item etiam de beneuolẽtia idem quoque modus ſeruandus erit, qui in deliberatiuo genere præmiſſus eſt. Nam is, cui auditores beneuoli ſunt, ex præterito, aut præſenti tempore, & is, ne calumnia affectus ſit, ad eos irritandos vel in ſe, vel in rem ipſam, vel in orationem, beneuolentiam captabit eodem modo, vt illic docuimus. Is verò, in quem neque beneuoli auditores, neque infenſi fuerint, beneuolentiam captare poterit ex præterito, præſentíve tempore, vel per ſe ipſum, vel per rem, vel per orationem. Ille autem, qui apud auditores calumniæ obnoxius factus fuerit, partim miſtim, partim priuatim beneuolentiam captabit. Hic igitur modus erit, per quem beneuolentia comparabitur. Enimuerò hi, aduerſus quos neque bono, neque malo animo auditores fuerint, paucis ſunt laudandi, & aduerſarij vituperandi. Oportet autem eos ab iis laudare, quæ videntur maximè auditorum intereſſe: (dico autem ciuitatis ſtudioſum, amicorum obſeruatorem gratum, miſericordem, & ſimilia) aduerſarios autem ab iis vituperare, quibus auditores ad iram irritantur. Hæc autem ſunt, ciuitatis inimicus, amicorum hoſtis, ingratus, immitis, & huiuſmodi. Opus eſt etiam, laude iudices delenire, quòd iuſti iudices, grauéſque ſunt. Aduerſariorum præterea defectus, ſicubi tibi minores extiterint, ſiue ad dicendum, ſiue ad agendum, ſeu ad aliud quicquam, quod in diſceptatione verſetur, erunt oratione complectendi, & iuſtum præterea, & legitimũ, & vtile, & quæ deinceps ſequuntur inducenda. Cùm iudices igitur neque bono, neque malo animo in nos fuerint, ex iis beneuolentiam captabimus. Si quis verò in calumnia ſit, ídque ex præterito tempore, & circa orationẽ, ſcire ex antè dictis poterimus quo pacto inſimulationes ſoluere oporteat. Quòd ſi ex præſenti tempore calumnia fuerit, neceſſe eſt circa ipſum hominem eam fieri:

A Περὶ μὲν οὖν τούτων τῶν εἰδῶν ἐντεῦθεν εἰδήσομεν τὴν χρῆσιν.

Κεφάλαιον λζ.

Λοιπὸν δὲ ἐστὶν ἡμῖν εἶδος τό, τε κατηγορικὸν, καὶ τὸ ἐξεταστικόν. ταῦτα πάλιν ὡς ἐν τῷ δικανικῷ γένει συνθήσομεν, καὶ τάξομεν, καὶ διέλθωμεν. πρῶτον μὲν οὖν ἐν τοῖς προοιμίοις προθήσομεν τὸ πρᾶγμα. B περὶ οὗ κατηγορήσομεν ἢ ἀπολογησόμεθα, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων εἰδῶν. προσέχειν δὲ παρακαλέσομεν ἐκ τῶν αὐτῶν, ὧν ἐν τῷ προτρεπτικῷ καὶ ἐν τῷ ἀπολογητικῷ. ἔτι δὲ καὶ περὶ τῆς εὐμενείας· τῷ μὲν εὖ διακειμένῳ, ἐκ τοῦ παρῳχημένου χρόνου, ἢ τοῦ παρόντος, καὶ μηδὲ διαβεβλημένῳ, ὡς πρὸς αὐτὸν, ἢ πρὸς τὸ πρᾶγμα, ἢ πρὸς τὸν λόγον τοὺς ἀκούοντας δυσχεραίνειν, τὸν αὐτὸν τρόπον ὡς περὶ ἐ- C κείνου εἴρηται, τὴν εὐμένειαν ποριστέον. τῷ δὲ μήτε εὖ, μήτε κακῶς διακειμένῳ, τὴν εὐμένειαν παρασκευαστέον ἐκ τοῦ παρῳχημένου χρόνου, ἢ ἐκ τοῦ παρόντος, ἢ δι' ἑαυτὸν, ἢ τὸ πρᾶγμα, ἢ τὸν λόγον. τῷ δὲ διαβεβλημένῳ, ἔνια μὲν μεμιγμένως, ἔνια δ' ἰδίως πρὸς εὐμένειαν ποριστέον. οὗτος μὲν οὖν ὁ τρόπος ἐστὶ, δι' οὗ τὴν εὐμένειαν παρασκευαστέον. τοὺς μὲν γὰρ μήτε εὖ, μήτε κακῶς δια- D κειμένοις, αὐτοὺς μὲν συντόμως ἐπαινετέον, καὶ τοὺς ἐναντίοις κακολογητέον. δεῖ δὲ αὐτοὺς ἐκ τούτων ἐπαινεῖν, ὧν μάλιστα μέτεστι τοῖς ἀκούουσι. λέγω δὲ φιλόπολιν, φιλέταιρον, ἐλεήμονα, καὶ τὰ τοιαῦτα. τὸν δ' ἐναντίον κακολογεῖν ἐκ τούτων, ἐφ' οἷς οἱ ἀκούοντες ὀργίζονται· ταῦτα δέ ἐστι, μισόπολιν, μισόφιλον, ἀχάριστον, ἀνελεήμονα, καὶ τὰ τοιαῦτα. χρὴ δὲ καὶ τοὺς δικαστὰς ἐπαίνῳ θεραπεῦσαι, ὡς δι- E κασταὶ δίκαιοι, καὶ δεινοί εἰσι. συμπαραληπτέον καὶ τὰς ἐλαττώσεις, εἴ που τῶν ἀντιδίκων καταδεεστέρως ἔχει πρὸς τὸ λέγειν, ἢ πράττειν, ἢ ἄλλό τι τῶν περὶ τὸν ἀγῶνα. πρὸς δὲ τούτοις ἐμβλητέον τό, τε δίκαιον, καὶ τὸ νόμιμον, καὶ τὸ συμφέρον καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα. τῷ μὲν οὖν μήτε εὖ μήτε κακῶς διακειμένῳ, ἐκ τούτων ἐν τοῖς δικασταῖς τὴν εὔνοιαν πο- F ριστέον· τῷ δὲ διαβεβλημένῳ, ἐὰν μὲν ἐκ τοῦ παρῳχημένου χρόνου αἱ διαβολαὶ ὦσι περὶ τὸν λόγον, ἴσμεν ὡς δεῖ τὰ τοιαῦτα λύειν ἐκ τῶν προτέρων. ἐὰν δὲ ἐκ τοῦ παρόντος χρόνου, περὶ αὐτὸν τὸν ἄνθρωπον ἀναγκαῖον

διαβεβ